

99 7 253









Α Γ Α Θ Η Τ Υ Χ Η

DISPUTATIO PANDECTARVM  
NOVISSIMA

DE APPELLATI-  
ONIBVS

Cujus subiectas theses

SVB TVTELA CLARIS-  
SIMI ATQVE DOCTISSIMI VIRI  
Dn. FRIDERICI TILMANNI in Illustri Vi-  
tebergensium Lycaeo, pro modulo ingenij sui,  
causâ exercitij fideliter propu-  
gnabit

PAVLVS FRIDERICVS  
Lignicensis Silesius.

XI. Calend. Ian. hora consueta.



VVITEBERGAE

EX OFFICINA CRATONIANA.

ANNO REPARATAE SALVTIS

Ornatiss. cl. ac Doctiss. XCIIV. Elia Chim  
pero amico suo summo J. B. N. S.

G 99.





99 F 253

5







A. A. M. M.

# DE APPELLATI O N I B V S

I.

**Q**ui in iudicis sententia non acquiescit, antequam lata in rem iudicatam transeat, eam impugnare debet: impugnatur & appellatione, & supplicatione, sed dissimiliter. *l. 1. cod. l. 1. §. fin. ff. ad SC. Turpil. cap. liceat 2. q. 6. Auth. quæ supplicatio. C. de prec. imp. Duar. ff. eod. c. 3. Vult. 2. Iurisp. Rom. 33. Olden. de re iudic. c. 3.*

II.

Appellatio est ab inferiore iudice ad superiorem facta gradatim prouocatio, vt is, causam iniuste, ex appellantis sententia, definitam, denuò cognoscat, latamque in melius reformet. *l. Imperatores. 21. eod. l. præfecti. 17. l. præf. s. 4. 2. de minor. c. dilecti. 66. de appel. Duar. ff. eod. c. 1. Gregor. lib. 50. Syntag. iur. 2. n. 3. Brisson. 5. de form. pop. Rom. fol. 465. Blarer. in l. diffamari. cap. 10. n. 1. & seq.*

III.

Et distinguitur in duas species, iudicalem, quæ à sententia, & extrajudicalem, quæ à decretis & actibus extrajudicialibus interponitur. *c. 3. c. bona. 51. eod. c. 1. eod. in 6. c. ei qui. 2. q. 6. Maran. p. 2. speculi aur. 2. n. 278. & seq. Guid. Pap. de appel. n. 41. quæst. 53. Soar. in thesau. n. 194. Gregor. d. cap. 2. n. 5.*

IV.

Possunt appellare qui sententia damnati sunt, siue vnus, siue plures fuerint, siue vnus, siue omnes appellent, imò & quorum interest, sententiam retractari, admittuntur. *l. 4. §. alio. ff. eod. l. 1. C. si vn. ex plur. l. 1. C. de diuers. rescrip. c. cum inter. 16. de elect. c. cum super 17. de re iud. c. vlt. §. fin. vt. lite pend. Gail. 1. obser. 126. n. 3. Duar. ff. eod. c. 2. Pistor. p. 1. quæst. 47.*

Hinc



V.

Hinc humanitatis ratione obtentum est, nomine eius qui ad supplicium ducitur, prouocantem audiri: at moribus Germanorum, de quibus & D. Mollerus testatur, in criminalibus appellatio ferè nō admittitur, admittitur nullitatis probatio l. 6. eod. c. 5. §. fin. eod. c. lucat. 2. q. 6. Ord. Cam. p. 2. l. 28. §. Item / nach dem aach Mysf. 4. bfer. 41. Gaul. obser. 1. n. 27. & seq. & lib. 1. de pace pub. 20. n. 36. Dambud. in pract. crim. c. 149. Soär li. A. n. 191. Decian. 2. tract. crimin. 6. n. 17. Mollet. 4. semest. 34. n. 1.

VI.

Quæritur, an ab interlocutoria appelletur? damnum ex sententia proueniens considerandum arbitramur, quod si per definitiuam reparari nequeat, magis est, vt liceat. c. vt debuit. 59. c. un. cessante 6. eod. l. 2. de appell. reu. l. 2. C. de episcop. aud. l. 7. C. quor. appell. Ord. Cam. p. 2. tit. 28. §. fin. Gaul. 1. obser. 129. Mysing. 4. obser. 42. Pinel. ad l. 2. C. de resand. vend. p. 2. cap. 1. num. 27. Vill. 2. opin. 17.

VII.

Sententia, qua diffamanti perpetuum silentium imponitur, an possit appellando suspendi, dubitatum est: nihil quicquam impedire videmus, quo minus appellatio locum habeat. u. l. ex consensu 23. §. fin. ff. eod. l. 1. C. quor. appell. Dd. in. l. diffamari. C. de inge. manum. vbi Blarer. cap. 10. n. 4. & seq. Contard. 6. 5. n. 147. Gaul. lib. 1. obser. 132.

VIII.

Nec expeditum est, cum de possessione, ac momento causa dicitur, appellatio interposita subsistat? iure canonum subsistere constat, quod an ciuili quoq; iure obtineat non animaduerto. l. 1. C. si de moment. ibi. Contard. c. cum ad se tem. 15. de restit. spoliat. Merim. d. loco p. 4. dist. 9. n. 44. & seq. Meno b. 6. retin. n. 48. cum. seq. & in prel. reu. num. 32. Mandos. de imbib. q. 59. n. 4. So. r. d. loco n. 206.

IX.

Quod non tantum de negotio ad superiorem deuoluen- do exaudi nus, prout affirmat Menochius, verum etiam de executione eiusdem impedienda, ac suspendenda: c. j. n. §. si quis



quis. 2. q. 6. c. 1. de seq. posses. Menoch. 4. adipis. n. 840. Herculan. de at-  
tent. c. 4. n. 1. Mandos. d. loco. n. 4. Couar. pr. quast. 23. n. 8. Tiraq. in  
11. l. mori. p. 6. declar. 6. n. 2.

X.

Solet etiam dubitari, an ob omissam expensarum conde-  
mnationem liceat prouocare? siquidem petita, saltem per  
clausulas salutare, proponantur, rationi congruum est, vt  
liceat. arg. l. fin. C. quand. prouoc. Mysino. 2. obser. 21. Gu. P. p. d.  
loco. n. 42. A. in. in praxi. iud. §. 32. cap. 20. num. 1. & seq. Couar. pract.  
qu. st. 27. n. 5.

XI.

Porro ab omnibus prouocare permittitur, tam ordina-  
rijs, quam delegatis, etiam praefecto vrbi, non à Senatu, non  
à principe, cum ipse sit solus, qui prouocetur. l. & in maioribus  
2. C. eod. c. 5. eod. l. 1. & §. seqq. ff. a quib. appell. c. 3. c. placuit. 2. q.  
6. l. ex qu. 12. §. & hoc. C. de adif. priuar. Symma h. 1. epist. 41. Menoch.  
l. arbit. q. 70. n. 24. & seq. Boim. 1. de repub. 8. & method. hist. c. 6.

XII.

Sic à praefecto praetorio non appellatur, cuius priuilegijs  
elect Saxoniae non tam vtuntur, quam habent ex aurea bul-  
la, quemadmodum nec à Palatino intra 1000 aureos prouo-  
catio est. l. à praef. l. 1. C. de sent. praef. praer. Philip.  
lib. 5. Chron. fol. 45. Aur. bulla. c. 11. Albin. in descrip. M. fr. t. 16. in f.  
Rosin. 7. antiq. Rom. c. 33. Rescrip. Rudolph. 2. ad Ludo. Elect. Palat. anno  
1. 87. Octob. 23.

XIII.

Idemque est, si passum interuenierit, ne appelletur, vel  
princeps prohibuerit, utroque enim casu frustratoriam, non  
etiam legitimam appellationem esse ademtam, merito obti-  
nuit. ut debuit. 59. eod. l. 1. §. in. ff. a quib. appell. Mys. 1. l. b. er. 3.  
& cent. 2. obser. 10. & cent. 6. obser. 5. Gail. 1. obser. 33. n. 1. Mandos. d.  
tract. q. 86. Benderi. de reuifi. c. 36. Pmel. ad rub. C. de res. ma. vend. p. 1.  
cap. 2. . 22.

XIV.

Fieri debent appellationes gradatim, ordine ab inferiori  
ad superiorem, nisi iudex medius palam denegarit iustici-  
am,



am, aut inhabilis & suspectus videatur, aut non exceptio opponatur. l. 1. §. si quis, l. imperatores. 21. eod. c. dilecti. 66. eod. c. si quis 2. q. 6. Maran. d. loco. num 368. & seq. Cammerg. p. 2. tit. 29. §. Item/es sol. Alciat. 1. dispuet. 15. Myns. cent. 1. obser. 67. Socin. reg. 23. Deu. n. d. lib. 2. c. 22. n. 23.

#### XV.

Tempus interponendæ appellationis est decem dierum, qui currunt de momento ad momentum, à tempore scientiæ, nisi grauamen sit continuum, quod tempore non circumscribitur. Auth. hodie. C. eod. c. quod ad consultationem, 15. de re iud. c. anteriorum. 2. q. 6. Gomez. 3. resolut. 9. n. 10. Pinel. ad l. 2. C. de resind. vend. p. 1. cas. 1. n. 27. Bodin. 3. de repub. 6. Beust. l. 1. de iur. n. 84.

#### XVI.

An prouocatione condemnationis extinguatur pronunciaro, an suspendatur, quæsitum est? res pendet ab euentu futuro, sententia si confirmatur, in suspenso fuit, sin infirmatur, iam ante extincta putatur. l. 1. §. fin. ff. ad SC. Turpil. l. eo casu 33. C. de appellat. o. l. 6. §. 1. de his qui notant. Grauat. ad Vesti. lib. 3. pract. 7. n. 5. Vafq. lib. 1. de succes. resolut. §. 3. n. 53. Soarez. d. loco num. 195.

#### XVII.

Appellatione interposita, apostoli spacio 30. dierum, qui à momento noticiæ numerantur, sunt petendi, quod stylo cameræ Imperialis parum obseruatur, in tantum, vt & sine Apostolis appellatio valeat. l. 1. de libel dimis. l. precipimus. 32. §. in his. C. eod. l. dimisso ie. 106. de verb. signif. vbi Gœt. n. 4. Maran. d. loco. n. 220. & seq. Herul. de attent. c. 23. n. 4. Mynsin. 4. obser. 36. Gail. 1. obser. 139. Ord. Cam. p. 2. tit. 30. §. 1.

#### XVIII.

Præsentandæ appellationis tempus ab arbitrio iudicis est, quod quandoque ll. vi temperatur, prosequendæ annus datur jure communi, ex causa & biennium, in Camera sex menses conceduntur. Auth. hodie C. eo l. c. 8. eod. c. cum super. 17. de re iud. Myns. 3. obser. 15. & cent. 5. obser. 57. Menoch. casu. 446. Maran. d. loco. n. 228. & seq. Gail. lib. 1. obseruat. 140. Cammerg. d. tit. 30. §. 1. & §. vnde so also.

Adeoq̄ue



### XIX.

Adeoq; non omnium appellationes recipiuntur, veluti si forte quis læsus, si ob contumaciam condemnatus est, & generatim post tres sententias conformiter latas, quod in Camera non obtinet. *l. 1. C. quor. appell. l. properandum. 13. §. cum autem. C. de iud. l. 1. C. ne liceat. Stiatic. in pract. obser. c. 9. Tiraq. de iure primog. q. 17. n. 95. Bend. de revis. c. 19. n. 21. Myns. 1. obser. 15. Gail. 1. obser. 72. num. 3.*

### XX.

Illud constat, peremptoriæ exceptiones, si quæ sunt, prima in instantia omisæ, quod possint repeti in secunda, modo illis sint coniunctæ, quæ apud anteriorem iudicem noscuntur propositæ. *l. 6. §. 1. C. eod. c. fraternitatis, 17. de testib. Sibard. ad auth. qui semel. C. de probat. n. 25. Maran. d. loco. n. 162. Mynser. 1. obser. 41. & cent. 2. obser. 21. Gail. 1. obser. 122. n. 3. & 4. Cammerg. p. 3. tit. 33. §. 1. & 2.*

### XXI.

Nec dubitatur, quod appellatione interposita nihil nouari & attentari oporteat, quod si attentet, attentatum officio iudicis, ad quem prouocatum est, ante omnia reuocatur. *c. 7. eod. in 6. u. definitiua. l. 1. nihil nou. l. 3. C. quand. prouoc. Manfred. de attend. concl. 347. Menoch. remed. fin. recup. n. 38. Montan. de fin. regund. 108. n. 5. & seq. Hercul. de attent. c. 6. & 14.*

### XXII.

Reuocantur attentata aut officio iudicis, vt Dd. dicunt, mercenario, cum sunt notoria, & filet interim negotium principale, aut iudicio ordinario: utroque modo agenti, fatalia appellationum non currunt. *c. 7. eod. in 6. cap. 1. vt lste. pend. in 6. Maran. d. loco. n. 401. Ordm. Cam. d. p. 3. tit. 31. §. vnd dicweil. Mansfr. d. tract. c. 5. & concl. 16. & concl. 92. & concl. 199. Hercul. d. loco. c. 11. & cap. 29. n. 58. & 145. Gail. 1. obser. 146.*

### XXIII.

Quin imò & iudex, non ad hoc requisitus, attentata reuocat, penes se retinet possessionem, vel penes tertium deponit, & huiusmodi ratione contemptum suum vindicat. *c. 1. §. fin. eod. in 6. A fin. in praxi iud. §. 23. cap. 12. n. 4. Hercul. d. tract. cap. 11. n. 2. & cap. 29. n. 50. Mandos. de inhib. c. 30. n. 2. & cap. 99. n. 7. & 8. Myns. 1. obs. 26.*

Ita



Ita appellatio est: supplicationem regulariter offerimus ei, à quo appellari non potest; imò & prohibita appellatio ob causam non tollit supplicationem, quæ non iniustitiam superioris notat, sed aduersarij circumventionem detegit. *l. prescripti. 17. de minor. Auth. que supplicatio. C. de precib. imper. offer. Zach. ad l. fin. C. de edicto D. Had. n. 453. & seq. Menoch. 1. arbitr. q. 70, v. 22. & seq. & remed. 4. adis. n. 895. & remed. 9. recup. num. 317. cum seq. Schenc. in virid. c. 15.*

Vnde supplicatio effectum suspensiuum non habet, eaq; nõ attentata, sententia executioni mandatur, tum supplicando principum sententijs contra niti, nisi semel non licet. *Dd. in d. auth. que supplicatio. Mont. de usu supplic. cap. 1. §. vtilis i aq. & §. quia verò. Reb. ff. de supplic. q. 1. & quest. 11. differ. 6. A sin. d. lo. o. §. 31. cap. 2. n. 1. & 2.*

## P A R E R G O N.

In fine disputationum de hominis fine sollicitum esse, imprimis quod doctissimi Philosophorum, τὸ πῶτα ἀνεξιτάτητον τῶν πραγμάτων ἀγαθὸν vaga dubietate inquisuerint? Nobis Stoici rectè videntur sensisse, quod omnia hominum causa, homines Dei causa nascantur. *Aristoteles 1. Ethic. 4. Lactant. 4. Institut. 4. & de ira Dei c. 13. Cic. Offic. 1. Scalig. ad Cardan. exer. 230. & 297. sect. 2. Piccolom. 9. de morib. 12. Thenpol. 19. Academ. contemp. 4. Lancel. tr. in 7. in Ethic. Platon. f. 321. cum seq. tom. 2.*

F I N I S.



99 7 253

ULB Halle

3

002 039 63X



Nur für den Lesesaal











B.I.G.

Farbkarte #13

Α Γ Α Θ Η Τ Υ Χ Η  
DISPUTATIO PANDECTARVM  
NOVISSIMA

DE APPELLATI  
ONIBVS

Cujus subiectas theses

SVB TVTELA CLARIS  
SIMI ATQVE DOCTISSIMI VIRI  
Dn. FRIDERICI TILMANNI in Illustri Vi  
tebergensium Lycæo, pro modulo ingenij sui,  
causâ exercitij fideliter propu  
gnabit

PAVLVS FRIDERICVS  
Lignicensis Silesius.

XI. Calend. Ian. hora consueta.



VVITEBERGAE  
EX OFFICINA CRATONIANA.  
ANNO REPARATAE SALVTIS

*Ornatiss. cl. ac Doctiss. Dn. Elias Chim  
pero amico suo summo J. B. R. S.*

G 89.